

c1

INCIPIT OMELIA SEPTIMA

De eo quod mandatum est aaron & filiis eius ut uinum & sicerā non bibant cū
ingrediuntur tabernaculum testimonii uel cum accedunt ad altare & de
pectusculo ad positionis & brachio separationis & de mundis & inmundis animali
bus uel cibis plura quidem superiori lectione fuerant recitata ex quibus tempo
ris breuitate constricti pauca admodum diximus. Non enim nunc exponendi scrip
turas sed aedificandi ecclesiā ministerium gerimus. quā uis & ex his quae nobis ante
tractata sunt. prudens quisque auditor euidenter ad intellegendum
possit seminatas inuenire. & ideo ex his quoq: quae nunc lecta sunt. quō cuncta
non possumus. aliqua tamen quae edificent auditores. uelut agri pleni quē bene
dixit dn̄s. flosculos collegimus; quid ergo sit quod nunc nobis lectum est uidea
mus. & locutus est dn̄s ad aaron dicens. uinū & siceram non bibetis tu & filii tui
tecum. cum intrabitis tabernaculum testimonii aut cum acceditis ad alta
re & non moriemini. Legitimū aeternum in progenies uestras discernere
inter medium scōrum. & contaminatorum & inter medium inmundorū. & inter
mediū mundorum. & instruere filios israh omnia legitima quae locutus est dn̄s ad
eos per manū moysi; lex euidens datur & sacerdotib: & principi sacerdotum. ut cum
accedunt ad altare a uino abstineant. & omnipotu quod inebriare potest. quod
scripturae diuinae appellatione uernacula sicera moris est nominare. uult ergo ser
mo diuinus sobrius in omnib: esse dn̄i sacerdotes. ut pote qui accedentes ad altare
dī orare pro populo debeant. & pro alienis interuenire delictis. qui portionē inter
ra non habeant. sed ipse dn̄s portio eorum sit. Sic enim dicit de eis scriptura. filiis in
quid leui non dabitis partē in medio fratrū suorum. quia ego portio eorū dn̄s ds̄ ip
sorum. uult ergo istos quibus ipse dn̄s portio est. sobrius esse. ieiunos uigilantes
in omni tēpore. maxime autē cum ad exorandum dn̄m & sacrificandum in con
spectu eius altaribus praesto sunt, quae mandat. In tantū uim sui seruant. & om
ni obseruantia custodienda sunt. ut & apostolus haec eadem noui testamenti
legib: firmet. In quo similiter & iam ipse sacerdotibus uel principib: sacerdo
tum uitae regulas ponens. dicit eos non debere esse uino multo seruientes. sed so
brios esse. Sobrietas uero omnium uirtutum mater est. sicut e contrario ebrietas

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0463